

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1270

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

251. Die Definitoren der Dominikaner spenden Herrn Jo[hannes] in Straßburg für sein dem Orden nutzbringendes Vorhaben Lob und Dank. [vor 1270.]

Domino Jo[hanni] in Argentina diffinitores superne pietatis dulcedine saginari. multorum beneficiorum vestrorum ordini nostro exhibitorum nec immemores nec in-  
 5 grati ad graciaram actiones consurgimus ac divine bonitati, que cor vestrum ad tantam clementiam excitavit, laudum preconia destinamus. non solum vos et personam vestram et ea, que ad vos spectare noscuntur, tenemur diligere, sed et totus ordo exigentibus vestris meritis obligatur vobis in omnibus, que saluti vestre militant, ex intimis affectibus respondere. igitur provinciali nostro referente propositum  
 10 vestrum didicimus, cui totis visceribus non immerito congaudemus<sup>a</sup> . . . ut, si nudus omnino veniretis ad nos, semper vos ut patrem secundum omnem benivolentiam, que anima vestra desiderat, tractaremus. quapropter memorato patri provinciali nostro committimus, quatenus auctoritate sua et nostra circa vos ordinet, quecunque potest, sed vestre beneplacitum voluntatis. deus autem miseriarum pater, qui sanctum in  
 15 vobis propositum seminavit, dignetur sic vos donorum suorum consolacionibus irrigare, ut dignos fructus pœnitencie proferatis. audacter igitur vos deo et ordini committatis scientes, quod continget vobis multo melius quam credatis.

*B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 34. Datirung nach der Stellung des Schreibens im Codex. Vergl. Finke Dominikanerbriefe Einleitung S. 7 und S. 64 u. 71.*

20 252. Hermannus de Dierstein thesaurarius ecclesie Argentinensis et Ulricus miles de Utenheim decisionem dissensionis, que inter ipsos vertebatur de jure patronatus de ecclesia in Utenheim, in viros discretos dominum Egelolfum de Landesperg, Berhtoldum de Dielsdorf, magistrum Billungum judicem curie Argentinensis et  
 25 magistrum Engelbertum ac in virum reverendum dominum de Sulze tamquam medium ut in veros arbitros transferunt et statuunt penas non servate decisionis. sigilla Johannis de Utenheim pro se et filio suo Johanne, plebano in Stutzheim, thesaurarii ad causas pro magistro Johanne de Basilea, Hermanni thesaurarii et 5 arbitrorum sunt appensa. datum et actum 1270 4 kalendas marcii in lobio apud Kungeshoven.  
 1270 Februar 26 Königshofen.

30 *K aus Karlsruher Gen. Land. Arch. or. mb. c. 10 sig. pend. partim delaps. Erhalten nur Bruchstücke von 6) spitzoval, im Siegelfeld eine Hand, von der Umschrift erkennbar: Billegi . . . . Tols . . . 7) Siegel eines Clerikers 8) Siegel eines Utenheimers mit fünfmal geteiltem Schild. (Schulte.)*

253. Magister C[onradus] canonicus sancti Thome Argentinensis et magister  
 35 Engilbertus entscheiden mit E[berhardus] de Sulze archidiaconus Argentinensis<sup>1</sup> einen

<sup>a</sup>) Folgt eine mir unverständliche Stelle mit sechs siglenartigen Abkürzung-n.

<sup>1</sup> Derselbe wird auch in einer Urkunde von 1266 März 12 Speier, eine Streitsache zwischen Rudolf von Güttingen und Werner von Rheinegg betreffend, erwähnt als iudex a sede apostolica delegatus. Vergl. UB. von St. Gallen III, 169 nr. 970.



*Streit über Neubruchzehnten in der Gemeinde Nonnenweier zwischen dem Kloster St. Stephan in Straßburg und dem Pfarrrector Johannes.* actum in vigilia Margarete anno domini 1270 in presentia subscriptorum: scilicet domini E[berhardi] de Sulze archidiaconi Argentinensis, . . . domini C[onradi] de Talmessingen archidiaconi ejusdem ecclesie, domini Friderici scolastici sancti Thome Argentinensis, Mathie et Sifridi canonicorum ecclesie sancti Stephani et plurium aliorum. 1270 Juli 14.

*K aus Karlsruher Gen. Land Arch. or. mb. c. 6 sig. pend. partim mutil. (Schulte.)*

254. Eberhardus de Entringen archidiaconus Argentinensis bona sua apud Kolbtsheim sita, videlicet octo agros frugiferos, et unam curiam sitam in civitate Argentinensi, contiguam domui dicte zume Rephuni, pecunia sua propria comparatam, donat ecclesie Argentinensi ita, quod bona agri et curia ad prebendam, quam habet Dietericus clericus suus prebendarius ecclesie, perpetuo debeant pertinere. B[ertholdus] prepositus, E[berhardus] de Sulze archidiaconus Argentinensis huic donationi intersunt et ei sub sigillis suis testimonium perhibent. actum et datum anno domini 1270, sexto idus augusti. 1270 August 8.

*M aus Melker Codex fol. 45°. Eintrag von einer Hand des ausgehenden 13ten Jahrhunderts.*

255. *Der Ordensmeister der Dominikaner wird um Hilfe gegen eine abtrünnige Schwester des St. Elisabethklosters in Straßburg, Wilburgis von Still, die ihr Erbe unter fälschlichen Angaben zurückverlangt, gebeten. [nach 1270.]*

Magistro<sup>1</sup> contra quandam, que apostatavit a sororibus. reverentie vestre significare dignum duxi, quod in Argentina apud sorores de sancta Eliz[abet] quedam Wilburgis nomine, de Stille agnomine, primitus emisso voto accepit religionis habitum per 8 annos in eodem loco persistens et faciens in choro refectorio et capitulo sicut soror. hec pretextu infirmitatis archam deseruit claustrum nec reversa est. nam ubi pes ejus requiesceret, repperit, cum ei adhesit quidam phisicus mortali potius affectu quam maritali, in cujus contagio ne dicam conjugio usque hodie perseverat. dicta mulier animo irreverenti tradita cepit hereditatem petere in judiciis publicis et tamquam inofficose preterita ad bonorum possessionem unde liberi aspirabat. super hoc ipsa apostatica litteras apostolicas obtinebat, tamquam esset vidua et persona miserabilis, in pluribus falsitatem suggerens et subprimens veritatem. cujus intentionem cum pars adversa per exceptiones peremptorias vellet elidere et funestam vocem magis incidendam<sup>a</sup> quam audiendam probaret, eo quod esset monacha et fuisset,

a) *B incidendendam.*

<sup>1</sup> Aus jener Zeit, 1272 und nachher, finden sich in der Berliner Handschrift eine Reihe von Schreiben, betreffend die Wahl des Straßburger Lectors Ulrich zum Provinzial der Dominikaner und seine Amtsführung. Vergl. Finke a. a. O. S. 78 ff. und Einleitung S. 18.